



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

50. Fer. 2. De occulta superbia,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

## MEDITATIO L.

Feria 2. Dom. 6. Epiph?

De occulta superbia.

**V**Idebo Dominum edacentem Israëlitas  
ē tenebris Agypti, deducentemque per  
viam deserti, & adducere volentem ad ter-  
minum viæ terram promissionis, & ex ijs peri-  
clitantes. Petam intelligere scopulum Super-  
biae, & evitare.

*Conf. 1.* Quomodo soleant perfecti occul-  
to spiritu superbie tentari, ex quo oritur cu-  
riositas, in Oratione experiendi consolatio-  
nes, divinas revelationes, extases, faciendi  
miracula.

*Conf. 2.* Quomodo his medeatur sanctum  
odium sui, quo quis solum divinum bene-  
placitum quaerit, & in nullo suam consola-  
tionem requirit.

*Conf. 3.* Cùm nemo nobis magis impo-  
nat, quam amor nostri, perpendam verba D.  
Augustini: *Cui bonum non est Deus, sibi ipse*  
*sunt esse bonum suum, sicut sibi est Deus* Lib. 3. de  
lib. arbit. c. 24. Quæ planè superbia Satha-  
næ, ad quam ascendunt amatores sui, odio  
nostris propulsanda est: & quia desideria mea  
innumera suspecta mihi esse debent, potius  
optabo adversa, tanquam tutiora, quam pro-  
spera, tametsi spiritualia.

D. 5

ME.